

PROPRIO DE LA MISA

SAN GABRIEL DE LA DOLOROSA

Confesor

27 ó 28 de Febrero - Fiesta clase 3.^a - Blanco

Eclesiástico 11.13; Salmo 72.1 INTROITO

OCULUS Dei respéxit illum in bono, et eréxit eum ab humilitate ipsius, et exaltávit caput ejus: et miráti sunt in illo multi, et honoravérunt Deum. *Ps.* Quam bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde. *V.* Gloria Patri.

Los ojos de Dios se han posado sobre él benignos, lo ha sacado de su pequeñez y lo ha honrado. Son muchos los que por él se maravillan y dan gloria a Dios. Salmo. ¡Cuán bueno es Dios para Israel, para los rectos de corazón! *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui beátum Gabriélem dulcissimæ Matris tuæ dolóres assidue recólere docuísti, ac per illam sanctitátis et miraculórum glória sublimásti: da nobis, ejus intercessióne et exemplo; ita Genitricis tuæ consociári fletibus, ut matérna ejúsdem protectióne salvémur: Qui vivis et regnas.

¡Oh Dios!, que enseñaste a san Gabriel la asidua meditación de los dolores de tu dulcísima Madre, y por ella lo elevaste a la gloria de la santidad y de los milagros, danos por su intercesión y su ejemplo, asociarnos de tal modo al llanto de tu Madre, que nos salvemos por su maternal protección. Tú que vives.

En Cuaresma, conmemoración de la feria.

1 Juan 2.14-17 EPÍSTOLA

CARÍSSIMI: Scribo vobis, a jóvenes, quóniam fortes estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicístis malignum. Nolíte diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo: quóniam omne quod est in mundo, concupiscéntia carnis est, et concupiscéntia oculórum, et supérbia vitæ: quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, et concupiscéntia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum.

Carisimos: A vosotros, jóvenes, escribo, porque sois fuertes, y en vosotros permanece la palabra de Dios, y habéis vencido al Maligno. No améis al mundo, ni lo que hay en el mundo. Si alguien ama al mundo, el amor del Padre no está en él. Nada de lo que hay en el mundo, concupiscencia de la carne, concupiscencia de los ojos y orgullo de la riqueza, proviene del Padre, esto procede del mundo. El mundo pasa, y su concupiscencia, mas el que hace la voluntad de Dios, dura por siempre.

Salmo 30.20 GRADUAL

QUAM magna multítudo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondísti tímētibus te. Perfecísti eis, qui sperant in te, in conspéctu filiórum hóminum.

Salmo 83.6-13 TRACTO

BEÁTUS vir, cujus est auxiliúm abs Te: ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum, in loco, quem pósuit. V̄. Elégi abjúctus esse in domo Dei mei: magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum. V̄. Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia: Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Marcos 10.13-21 EVANGELIO

IN illo tempore: Offerébant Jesu párvulos, ut tangeret illos. Discípuli autem comminabántur offeréntibus. Quos cum vidéret Jesus, indigné tulit et ait illis: Sínite parvulos venire ad me, et ne prohibuéritis eos: tálum enim est regnum Dei. Amen, dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud. Et compléxans eos, et impónens manus super illos, benedicébat eos. Et cum egréssus esset in viam, procurrens quidam, genu flexo ante eum, rogábat eum: Magíster bone, quid fáciam ut vitám ætérnam percípíam? Jesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus. Præcépta nosti: ne adulteres, ne occidas, ne furéris, ne falsum testimónium dixeris, ne fraudem féceris, honóra patrem tuum et matrem. At ille respóndens, ait illi: Magíster, hæc ómnia observávi a juventúte mea. Jesus autem intúitus eum, diléxit eum et dixit ei: Unum tibi deest: vade, quæcúmque habes vende, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo: et veni, séquere me.

Cuán grande es, Señor, la bondad que has reservado a aquéllos que te temen. V̄. Que has deparado a los que a ti se acogen ante los hijos de los hombres.

¡Dichoso et varón cuya fuerza está en ti! Lleva en su corazón las santas calzadas; atraviesa un árido valle y lo convierte en hontanar. V̄. Prefiero estar en el atrio de la casa de mi Dios, que morar en las tiendas del malvado. V̄. No niega el Señor bien alguno al que camina en la inocencia. ¡Señor de los ejércitos, feliz el hombre que en ti confía!

En aquel tiempo: Presentaban a Jesús unos niños para que los tocara, mas los discípulos reñían a las que se los presentaban. Jesús, al verlos, se enojó y les dijo: Dejad a los niños que vengan a mí; no se lo estorbéis, porque de los tales es el reino de Dios. En verdad os digo: Quien no reciba el reino de Dios como un niño, no entrará en él. Luego, tomándolos en sus brazos, les imponía las manos y los bendecía. Y, comenzando a caminar, cordé uno hacia él, y arrodillándose, le pregunté: Maestro bueno, ¿qué debo hacer para poseer la vida eterna? Respondióle Jesús: ¿Por qué me llamas bueno? Nadie es buena, sino sólo Dios. Sabes los mandamientos: No adulteres, no mates, no hurtes, no levantes falso testimonio, no hagas daño a nadie, honra a tu padre y a tu madre. Él le contestó: Maestro, todo esto he observado desde mi juventud. Entonces Jesús, fijando en él la mirada, lo amó y le dijo: Una cosa te falta: ve, vende todo lo que tienes, dalo a los pobres y tendrás un tesoro en el cielo; luego, ven y sígueme.

Salmo 115.16-17 OFERTORIO

O DÓMINE, quia ego servos tuos, et filius ancillæ tuæ: dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiám laudis.

¡Oh Señor!, tu siervo soy, y el hijo de tu esclava; tú has quebrantado mis cadenas; te ofreceré un sacrificio de acción de gracias.

SECRETA

SALUTÁREM hóstiám in memóriam sancti Gabriélis tibi, Dómine, offeréntes, fac nos sacrificium mortis tuæ rite recólere: ac, méritis perdoléntis Vírginis, ejusdem sacrificii fructum copiose percípere: Qui vivis et regnas.

Al ofrecerte, Señor, la hostia de salvación en memoria de san Gabriel, haznos celebrar debidamente et sacrificio de tu muerte, y por los méritos de la Virgen Dolorosa, percibir copiosamente los frutos del mismo sacrificio. Tú que vives y reinas.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplicii confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

Apocalipsis 3.20

ECCE sto ad óstium, et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi jánuam, intrábo ad illum, et cænábo cum illo, et ipse mecum.

COMUNIÓN

He aquí que estoy a la puerta y llamo; si alguien escucha mi voz y me abre, entraré a él, y cenaré con él y él conmigo.

POSCOMUNIÓN

QUAS tibi, Dómine, in festivitáte sancti Gabriélis Confessoris tui, pro collátis donis grátias ágimus, súscipe propítius per manus gloriósæ semper Vírginis Mariæ: ex qua carnem illam assumpsísti, cujus in hoc salutári convívio merúimus gustáre dulcédinem: Qui vivis et regnas.

Las gracias que te damos, Señor, en la festividad de san Gabriel, tu confesor, por los dones recibidos, acógelas propicio por las manos de la gloriosa siempre Virgen María, de la cual tomaste aquella carne, cuya dulcedumbre hemos merecido gustar en este convite de salvación. Tú que vives y reinas.